

1633. 29^{da} Decembris Ex M^o Metrice Regni

Responsum Wanglij ad Cancellarium R^o 903

Reverendissime Illustrissime Domine Domine Amice
et Observandissime.

330

Iteratas ratione libera tormentorum per haec loca in
Lithuaniam devectionis Reverendissime atque Illustris-
sime Dominationis Vestrae Literas ablegatas eo no-
mine Regius Cubicularius recte mihi exhibuit. Quam-
vis autem ad priores ex tempore respondissem, quod petitis,
Pactis atque mutuae fovenda amicitiae consentaneis,
facilem me semper sim praebiturus, attamen et hinc meae
ad Pactorum observantiam, amicitiamque colendam
promptitudinis Reverendissimam Dominationem
Vestram, magis magisque certam reddere volui, me-
morato Cubiculario liberi pro dictis tormentis Papsus
Literas meas tam Germano quam Latino idiomate extrahendo.
Idem ad nuperam R^ome atq^{ue} Ill^ome Dⁿⁱ V^{re} pro Judais Bo-
langen^{is} in M^osel^{is} tractum a quodam Scoto spoliatis inter-
cessionem prestiti, primum enim per literas R^ome atq^{ue}
Ill^ome Dⁿⁱ V^{re} res ista mihi innotuit, hinc sine
mora severa ad Gubernatorem Memelen^{is} mandata
dedi, ut summario processu causam inquirens, spoliatos
in integrum restitueret, memoratumque Scotum (quavis
pretentate estate ex Germania cum Regiis mandatis
ad conscribendos milites huc adveniret nec ad haec Boruf-
sica praesidia pertineat) condigne, ob priora circa Nun-
dinas Gedanen^{is} Dominicales eodem proprio causa et vio-
lencia Judais illata damna, quam ob nuperam Memelen^{is}
facinus, pene subiciat. Nisi itaque dictus Scotus fu-
ga mandata mea anteverterit (quosmodum

antea

antea tum temporis Gubernatoris hujus Provin-
cie vindictam fugâ elusit:] exemplum fiet, quan-
topere licentiosas tales exorbitantias odio ha-
beam, Sactorumque Leges estimem. Quod
superest Reverendissime atque Illustrissime
Dominationi Vestre Officia mea paratissima
Comendo. Dat Elbingæ Die 27 Decembris Anno
1632.